Tertius fructus eſt fori ſeu mercaturæ. Quartus vectigalium tam ex agris quàm rebus venalibus. Quintus pecuniariæ, quæ nominatur fructuum acceſſio & decima. Sextus eorum quæ alia reddunt, quæ nomina habent facta à fœnore ſeu capite & officina. Iam tertio loco ciuilem formam videamus. Huius fructus præſtantiſſimi ſunt, ab iis quæ fert proprietas cuiuſque regionis. Proximi mercaturæ & ludorum. Poſtremi rerum cotidianarum atque communium. Reſtat quarta & vltima priuatorum domeſtica adminiſtratio. Ea eſt inæquabilis, eò quòd non vnum aliquod tanquam ſignum propoſitum in hac ſpectandum ſit. Eſt & minima, quia & fructus ſunt modici, & non magni fiunt ſumtus. In hac verò fructus præſtantiſſimos reddunt agri: Et ſecundum hos aliæ operæ. Tertio loco pecuniæ vſura. Extra quoque iſta, quiddam omnium adminiſtrationis domeſticæ generum commune, & in illis præcipuè, atque hoc in primis conſiderandum eſt: Ne impendia ſint maiora quàm fructus. Expoſitis autem diuiſionibus iſtis, nunc deinceps rurſum & ſatraparum præfectura & ciuitas, vbi verſabuntur tractatus noſtri, contemplanda eſt: Sit ne vtendum cunctis, quæ modò diſſeruimus, aut horum maximis, ſi ferri ab ea poſſint. Et poſt hæc, Quinam fructus aut non proueniant cùm poſſint prouenire, aut cum exigui ſint, an augmentum admittant. Item ex ſumtibus qui impenduntur, quinam & quàm multi ſublati, omnino nihil detrimẽti attulerint. Quæ igitur ad domeſticas adminiſtrationes pertinent, itémque partes harum expoſuimus. Actiones verò quaſdam ſuperiorum quorundam, quibus pecunias pepererunt, aut arte aliquid gerendo confecerunt, collegimus, quas quidem dignas commemoratione duximus. Non enim hanc etiam enarrationem inutilem eſſe arbitramur. Nam nonnihil eorum quadrare ad ea negotia poterit, quæ tractanda aliquis ſuſceperit ¶ Cypſelus Corinthius, cùm votum feciſſet Ioui: Si ciuitate illa potitus fuiſſet, Corinthiorum ſe dedicaturum facultates vniuerſas: iuſſit cenſum deſcribi: illis autem profeſſis, decimam bonorum partem abſtulit à ſingulis, de reliquis iuſſit eos negotiari & rem facere. Annóque vertente fecit idem. Euenit itaque vt annis decem & ipſe haberet omnia bona Corinthiorum, eáque conſecraret, & Corinthij interea quærerent pareréntque alia.

A τρίτη δὲ, ἡ ἀπὸ τῶν ἐμπορείων. τετάρτη δὲ, ἡ ἀπὸ τῶν κατὰ γῆν τε καὶ ἀγοραίων τελῶν γινομένη. πέμπτη δὲ, ἡ ἀπὸ τῶν βοσκημάτων, ἐπικαρπία τε καὶ δεκάτη καλουμένη. ἕκτη δὲ, ἡ ἀπὸ τῶν ἄλλων, ἐπικεφάλαιόν τε καὶ χειρωνάξιον προσαγορευομένη. τρίτον δὲ, τὴν πολιτικήν. ταύτης δὲ κρατίστη μὲν πρόσοδος, ἡ ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐν τῇ χώρᾳ γινομένων, εἶτα B ἀπὸ ἐμπορείων καὶ δι᾽ ἀγώνων, εἶτα ἡ ἀπὸ τῶν ἐγκυκλίων. τέταρτον δὲ καὶ τελευταῖον, τὴν ἰδιωτικήν. αὕτη δὲ ἐστὶν ἀνώμαλος μὲν, διὰ τὸ δεῖν μὴ πρὸς ἕνα σκοπὸν οἰκονομεῖν· ἐλαχίστη δὲ, διὰ τὸ καὶ τὰς προσόδους καὶ τὰ ἀναλώματα βραχέα γίνεσθαι. αὐτῆς δὲ ταύτης κρατίστη μὲν πρόσοδος ἡ ἀπὸ γῆς γινομένη· δευτέρα δὲ ἡ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐγκυκλημάτων· C τρίτη δὲ, ἡ ἀπὸ ἀργυρείου. χωρὶς δὲ τούτων, ὃ πάσαις μὲν ἐποικονομεῖται ταῖς οἰκονομίαις, καὶ προσήκει σκοπεῖν αὐτὸ μὴ παρέργως. μάλιστα δὲ ταύτῃ τὸ τἀναλώματα μὴ μείζω τῶν προσόδων γίνεσθαι. ἐπεὶ τοίνυν τὰς διαιρέσεις εἰρήκαμεν, μετὰ τοῦτο πάλιν νοητέον ἡμῖν, εἰ σατραπεία περὶ ἣν ἂν πραγματευώμεθα, ἢ πόλις, πότερον ἃ πάν- D τα ἄρτι διειλόμεθα, ἢ τὰ μέγιστα τούτων, εἰ δυνατὴ φέρειν ἐστὶ, τούτοις χρηστέον. μετὰ δὲ τοῦτο, ποῖαι τῶν προσόδων, ἢ τὸ παράπαν οὐκ εἰσὶ, δυναταὶ δ᾽ εἰσὶ γίνεσθαι· ἢ μικραὶ μὲν εἰσὶ, μείζους οἷαί τινες κατασκευασθῆναι, ἢ τῶν ἀναλωμάτων τῶν νῦν ἀναλουμένων, τίνα τε, καὶ πόσα περιαιρεθέντα ὅλα, μηδὲν βλάψει. τὰ μὲν οὖν περὶ τὰς οἰκονομίας τε καὶ τὰ μέρη τὰ τούτων εἰρήκαμεν. ὅσα δέ τινες τῶν E πρότερον πεπράγασιν εἰς πόρον χρημάτων, ἢ τεχνικῶς διῴκησαν, ἃ ὑπολαμβανόμεν ἀξιόλογα αὐτῶν εἶναι, συναγηόχαμεν. οὐδὲ γὰρ ταύτην τὴν ἱστορίαν ἀχρεῖον ὑπολαμβάνομεν εἶναι. ἔστι γὰρ τούτων ἅ τις ἐφαρμόσει τοῖς οἷα ἂν αὐτὸς πραγματεύηται.

¶ Κύψελος ὁ Κορίνθιος, εὐξάμενος τῷ Διῒ, ἐὰν κύριος γένηται τῆς πόλεως, τὰ ὄντα Κορινθίοις πάντα ἀναθήσειν, ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀπο- F γράψασθαι. ἀπογραψαμένων δὲ τούτων, τὸ δέκατον μέρος παρ᾽ ἑκάστου ἔλαβε, τοῖς δὲ λοιποῖς ἐκέλευσεν ἐργάζεσθαι. περιελθόντος δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ, τὸ αὐτὸ ἐποίησεν. ὥστε συνέβαινεν ἐν δέκα ἔτεσι, ἐκεῖνόν τε ἅπαντα ἔχειν ἅπερ ἀνιέρωσε, τούς τε Κορινθίους ἕτερα κεκτῆσθαι.

¶ Διύγ